UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus

München, 1636

VI. Hyperduliæ species, Ad templa B Mariae Virgini sacra peregrinari.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55266

Visual Library

V I,

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Ad Templa B. MARIÆ Sacra peregrinari.

§. I.

Filij degeneres, aſoti, maioribus contumaces, qui ſunt nullius bonæ frugis, aut indolis, plerunque Oenopoliorum, non paternarum domorum, Sphæriſteriorum, non templorum DEO, DEIparæ, reliquiſq; ſanctis dicatorum; Scholarum, ludorúmque non literariorum, ſed gladiatoriorum, ſaltatoriorum &c. limina terunt, ſuos parentes non tantummodo non diligunt, ſed etiam deſpiciunt, réſque eorum cunctas contemnunt. At ingenuæ indolis, bonæ ſpei, frugiſque liberi, bene educati, bene morati, beneficis grati, maiores ſuſpiciunt, parentes non tantummodò obſeruant, ſed etiam ædes eorum libenter frequen-

tant, réſque eorum cunctas amant. Nuſquam his melius eſt, quàm cum parentibus domi. Nempe talium: optat

Fumum de patrijs quiſque videre focis.

Atque hos Berchmannus imitatus, vtpote ingenuus, magnæ ſpei, bonæ frugis, bene educatus, bene moratus, gratus B. MARIAE filius, vtpote à primis pueritiæ annis, præcipuo Beatiſſimam Virginem tanquam matrem amore cõplexus, oppidò eandem ſuſpexit, impendiò dilexit; nec ipſam tantummodò, ſed res eius omnes. Hinc adeo libens, & frequens ad ædes eidem ſuæ Matri ſacras inuiſit, & puer etiam dum ſæpius in collem Aſperum, templo Mariano multíſque miraculis inclitum, Iuſti Lipſij V. C. calamo celebratum (qui horæ ſpatio, non amplius, Dieſthemio, Berchmanni patria abeſt) Matrem Virginem ſalutatum perrexit, & ſilentio meditans, numeránſue Roſario preces inceſſit,

§. II.

Præmium Hyperduliæ.

Sed quod præmium huiuſce pietatis Berchmannus retulit? Miriſſimum profectò, Nam Berchmannus quòd ad Angelorum Dominam inuiſit, ab Angelo ſui cuſtode, fuit in reditu ſeruatus. Cum circa feſtum Pentecoſtes diem Ioanne Freimontio Mechlinienſis Eccleſiæ Cathedralis Canonico comitatus pro ſuo ſolenni ad Aſperũ collem, B. Virginẽ ſalutatũ profectus, Mechliniam repeteret, in reditu, quod iter Arſchotum verſus, ignorarent, viæ ducem vnũ, dein alterũ, vtrumque deſertorem, malè expenſo ſtipendio, elegére. Ergo errabundi per ſiluas ibant incerti viarum, quas latrones recentibus inſidijs, cædibúſq; habuerant infeſtas. Simul ſubita tempeſtas fulmine, tonitrúq; concitata aberrantes concitabat. Cùm ſic horas aliquot vagi per nemus erraſſent, tandémq; in tramitem tam anguſtum deſcendiſſent, vt vix equo ſingulari tranſitus pateret; perculſus Canoni-

nonicꝰ, deſilijt ad pedes, ſubleuatóq; in equũ Berchmanno pedes eum ſubſecutus eſt. Vt autem periculorum anxietas flagrantiſſimas laborantibus ſubminiſtrat preces, Canonico in mentem venit, ſalutem tutelari Ioannis Angelo cõmendare, quod plus apud Deum poſſe preces illius crederet, quem Angeli vice ipſe ſuſpiciebat.

Res mira; vix preces fuderat, cum horrendũ inſonuit tonitru fragore tanto, ut ruere cælum videretur: ac tum ille vibrati fulminis iactum pertimeſcens, attollens oculos cælo, DEVM ſcilicet propitiabat; cum ecce videt præcipiti rupe deuolui ruſticam fæminam, quæ mox ſpecie felis circũuoluebatur pedibus Ioannis, inconditóq; corporis motu, atque ardentibus oculis eum contra intuita, vociferans, collúmq; contorquens ſubitò euaſit in fugam. Tum repente cõmutata tempeſtate; ſerenantíq; luce ſummę ſe turris apex, quo tendebant oſtendit, Huc vbi peruenére, intelligunt malefi-

eam haud ita procul habitare, quæ magicis incantationibus tantam potuerit concitaſſe tempeſtatem. Quo audito Canonicus perſuaſum habuit, veneficam illam ab Angelo Berchmanni cuſtode(cuius ipſe præſidium implorarat) ita ad eius pedes fuiſſe deiectam, vt nimirum appareret, tam ſæuæ periculum tempeſtatis, Berchmanni præcipuè meritis fuiſſe depulſum.

V I I.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Frequenter ad ſacellum B. Virginis inuiſere.

§. I.

EOdem pietatis affectu, quo Berchmannus frequentauit ſacra Matri ſuæ, MARIAE Deiparæ Virgini templa, libenter etiam, frequentérque inuiſit ad dedicata eidem ſacella. Nam cum Romę de-

Cepar. & Herm. Hug.
Vit pag. 157.